



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Rainerio Abbatii Et Conventui S. Petri Eugubini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

*TVRONEN. ARCHIEPISCOPO. RAINERIO ABBATI ET
Conventui S. Petri Eugubini.*


Epiſt. 77.
Quod Archie-
piscopus suffra-
ganeorum (so-
nus) confeſ-
tationem por-
ficit
Cep. Quod se-
dum De officio
ordinarii.
Vide infra epif.
14. hujus li-
bi.

Quod sedem apostolicam consulis
super his quae dubia tibi existunt,
gratum gerimus & acceptum, & tua
exinde fraternalis videtur meritò com-
mendanda, cum lex divinae constitutio-
nis eandem sedem totius posuerit orbis
terrarum magistrum, ut quicquid dubi-
atur ab aliquo, ab ea tandem ejusdem
ratio requiratur. Nos siquidem decrevi-
sti providè consulendos, utrum si fortè
aliqua infirmitate vel alia causa justa de-
tentus, aliquem suffraganeorum tuorum
consecrare non posses, alicui coēpisco-
porum tuorum vices tuas lictum com-
mittere tibi esset, & utrum electus, qui
pro consecratione instaret, ab eo, cui vi-
ces tuas taliter commisisses, deberet lici-
tè consecrari. In quo tale damus tuæ
consultationi reſponsum, quod in tali
articulo constituto & tuas vices, ut di-
ctum est, committere tibi licet, & conse-
crandus debet munus consecrationis ab
eo recipere cui eas duxeris committendas;
dummodo catholicus habeatur, &
impedimentum ex subtractione gratia
sedis apostolicae non obſtitat. Datum
Laterani XV I. Kal. Iunij.

*EPISCOPO CIVITATIS
Castellanae.*

Epiſt. 78.
Vi civitas Ca-
ſellana ab in-
moedi feneſen-
tibus.

Accedentes nuper ad præsentiam
nostram dilecti filii P. Quintavall.
de Conversan, & M. Aldebr. ex parte
populi civitatis Castellanae, electioni
factæ de nobili viro B. de Fordevolie,
quem sine conscientia nostra elegerant
in rectorem, publicè renuntiare, sicut in
mandatis receperant, curaverunt; &
idem B. nostro super hoc jurans stare
mandato, ei nihilominus renuntiare cu-
ravit. Vnde suppliciter postularunt ut
cessante causa pro qua subjecta erat ci-
vitas interdicto, & effectus de medio tol-
leretur, divinis officiis eidem populo re-
stitutis. Nos ergo prædictorum civium
justis postulationibus annuentes, frater-
nitati tuæ per apostolica scripta manda-
mus quatenus & interdictum denunties
relaxatum, & in civitate ipsa, fretus au-
toritate nostra, divina liberè facias offi-
cia celebrari. Datum Laterani IV. Kal.
Iunij.



Cum olim essemus apud Perusium
constituti, tu, fili Abbas, ad no-
stram præsentiam accessisti, privilegium
bonæ memorię Lucij Papæ prædecesso-
ris nostri nobis humiliter repræsentans,
& postulans illud suppliciter innovari,
quod propter contradictionem venera-
bilis fratris nostri Marci Eugubini Epis-
copi, qui tunc temporis supervenit, aſſe-
rentis hoc in suum præjudicium redun-
dere, non fuit effectui mancipatum.
Cumque alter vestrum de altero in no-
stro auditorio quereretur, venerabili fra-
tri nostro Affisinati Episcopo causam sub
ea forma commisimus audiendam, ut vos
& jamdiutum Episcopum curaret ad con-
cordiam revocare. alioquin audiret
utrinque proposita, & omnia in scriptis
redigens, nobis processum negotij fideli-
ter referaret. Qui cum indulta vobis à
fede apostolica privilegia inspexisset,
intellecto quod monasterium vestrum
ad Romanam Ecclesiam specialiter per-
tineret, in causa non duxit ulterius, sicut
aceperimus, procedendum. Consequen-
ter verò ad venerabilem fratrem no-
strum Callen. Episcopum & dilectum fi-
lium Ar. Abbatem sanctæ Mariae Vallis
ponsis ad postulationem præfati Epis-
copi Eugubini literæ nostræ fuerunt su-
per mutuis quæſtionibus destinatae. Sed
quia pendente judicio, Iohannes mona-
chus privilegia, chartas alias, & theſau-
rum monasterij vestri rapuit, te, Abbas,
ad nostram oportuit præsentiam iterum
laborare: ubi literas impetrasti, quod
per excommunicationis fententiam, qui
de amissione privilegij scirent aliquid,
cogerentur dicere veritatem. Sed quo-
niā neque sic amissa potuisti privilegia
reperiſe, ad nos denuo es reversus. Te
igitur cum testibus tuis & præfati Epis-
copi Eugubini procuratoribus in noſtra
præſentia conſtitutis, dilecto filio nostro
Pand. basilica duodecim Apostolorum
Prefbytero Cardinali dedimus in man-
datis ut super amissione ac tenore privi-
legiorum testes reciperet diligenter,
quosduceres producendos. Qui mandati
noſtri diligens executor, præſentibus
præfatis procuratoribus, fideliter rede-
git in scriptis depositiones decem te-
ſtium juratorum: quorum depositioni-
bus publicatis, jamdiūt procuratores ad

Epiſt. 79.
De confirma-
tione privile-
giorum.
Cep. Cūm
olim. De Pri-
vil. & indulg.
Exstat iurum
iſſa epif. 186.
hujus libri.

384 Epistolarum Innocentij III.

producendos testes Episcopi, per quos inductos à parte adverſa repellerent, inducias postularunt: quas præfixo termino peremptorio sub eo tenore illis duximus concedendas, ut apud apostolicam sedem probarent quæ vellent, ubi onus probationis pars altera subiſſet. Ceterum quoniam infra datum terminum & receptum in producendis testibus defecerunt, nos tam per depositiones testium quām per aſſertiones quorundam fratrum nostrorum liquidō cognoscentes talem dicti privilegiū fuisse tenorem, quod videlicet ipsum cœnobium nullo mediante ad Rom. Eccl. pertineret, & quod non licet alicui Episcopo eidem monasterio & ejus Ecclesiæ excommunicationem indicere, ut fratres illic Dominō servientes, ab omnium potestate liberi, Ecclesiæ Rom. libertatis gratia potirentur, & quod nulla in eo mentio diocefani Episcopi habebatur; illud etiam nihilominus attentes, quod, ſicut ex dictis quorundam testium intellectimus evidenter, & plerique de nostris fratribus tempore illo prætentibus recolabant, cùm tu, fili Abbas, tempore bonæ memorie Celeſtini Papæ prædeceſſoris nostri ad ipsius prætentiam accessiſſes, ipſe in pectis Ecclesiæ tuae privilegijs, te, licet excommunicatus ab Eugubino Episcopo dicereris, tanquam non ligatum admisit ad osculum, (quod præfumitur non fecisse, niſi monasterium vestrum cognovisſet ad Rom. Ecclesiæ ſpecialiter pertinere) de communi fratrum nostrorum conſilio pronuntian- dum decernimus privilegium illud bonæ memorie Lucij Papæ prædeceſſoris nostri, quod sine omni reprehensione bulle, chartæ, vel literæ apparebat, quando fuit nobis ostensum, illius fuille tenoris, cuius per depositiones testium & aſſertiones fratrum nostrorum præmisimus extiſſe. Decernimus ergo &c. nostra pronuntiationis &c. Datum Laterani II. Kal. Iunij.

ABBATI DE FIRMITATE, G. & F. Archidiaconis Cabilonenſibus.

Epif. 80.
Committitur
ipſis cognitione
cauſe inter Ec-
clesiam Eduen-
sem & mona-
ſterium Bal-
menſe.
Extr. rursum
intra epif. 287.

Expositam nobis Eduen. Ecclesiæ accepimus quæſtionem, quod cùm cauia quæ inter eam & Balmen. monasterium vertebatur ſuper terris & Ecclesiæ in valle Polliniaci constitutis, fel. record. Celeſtinus Papa prædeceſſor noster venerab. fratri nostro Cabilonen,

Episcopo & dilecto filio B. quondam Abbatii de Firmitate commiſſiſſet fine debito terminandam, monachi Balmen. ab ipſis judicibus appellariunt. Ille verò qui Abbas ejusdem monasterij dicebatur, ſe simulans ad prosequendam appellatiōnem accedere, ſemel tantum apostolico ſe conſpectui præſentavit, & ſic illici- tatus recessit, de appellatione interpoſito nullam faciens mentionem. Cūque post paucos dies Ecclesiæ Eduen. nuncius pro appellatione prosequenda transmiſſus, fuſſet apud ſedem apostolicam diutiū commoratus, idem prædeceſſor noster monachos antedictos peremptoriè citavit, per literas suas eis ſub poena excommunicationis injungens ut ille qui ſe gerebat Abbatem, cum ali- quibus ejusdem monasterij monachis in feſto beati Lucae jam ſecundō præterito ad ejus prætentiam accederent ſufficien- ter inſtruīti Eduen. Ecclesiæ plenarie respondere, & ſatisfacere ſedi apostoli- cae de contempi. Ipsi verò licet jux- ta quod eis injunctum fuerat non ve- niſſent, quidam tamen monachorum ad Rom. Ecclesiæ accederunt, quos nuncius Eduen. Ecclesiæ apud apostolicam ſedem inuenit: ſed de ſuo negotio diſſi- dentes, ante cauſa cognitionem, vt ma- gis Eduen. aggravarent Ecclesiæ, re- ceferunt, ad venerabilem fratrem no- strum Bellicen. Episcopum & dilectos fi- lios Abbatem de Balerna & Priorem Boniloci per ſuppreſſionem veritatis, ignorante præfato nuncio Eduen. Eccle- ſiæ, litteras, ut dicitur, reportantes. Postmodum autem cùm jamdicto nuncio Eduen. ſe quidam Balmen. monachus objecifſet, & ne poſſet obtinere litteras impediret, eis dilectos filios I. tt. ſancti Stephani in Cœlio monte Preſbyterum & G. ſancti Adriani Diaconum Cardinales confeſſimus auditores: in quorum prætentia cùm ſuper cauſa illa fuiffet al- quandiu litigatum, & eis ſcripta & alle- gationes ab utraque partium aſſignatae, monachus ipſe illici- tatus recessit, & noluit ſententiam expectare. Quæ omnia cùm ad noſtram audientiam perve- niſſent, noſlentes aliquem de fraude ſua commiſſitatem reportare, ven. fratri noſtro Episcopo & dilecto filio Decano Matisconen. per ſcripta noſtra mandavi- mus ut convocatis ad prætentiam ſuam partibus, ſi eis conſtareret Eduen. Eccle- ſiam prædictis terris & Ecclesiæ à præ- fatis